



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Liber VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

M. ANTONII MVRETI

AD HIPPOLYTVM ESTENSEM

S. R. E. CARDINALEM

ILLVSTRISSIMVM,

VARIARVM LECITIONVM

LIBER OCTAVVS.

Poëtarum & apum comparatio. Illustratus Horatij
versus, Nette meo Lamia coronam.

CAPUT I.

IBENTER ac s̄epe faciunt poëte, ut se quidem apibus, studium autem suum mellificio cuidani comparent. neque, si quis diligenter inspiciat, parum multa vtrisque inter se similia reperientur. Apes in struendis operibus suis naturam tantum magistrum sequuntur: artem non adhibent, sic & poëtae natura tantum valent: arte si qui se poëtarum nomen tueri posse confidunt, eos grauissimus auctor Plato pronunciat, nihil unquam egregium ac memorabile effecturos. Itaque Pindarus eo se gloriatur aduersariis suis, Bacchylide nimirum & Simonide, esse superiorem: quod ipse natura poëta sit, illi autem didicerint à magistris: in quo tantum esse vult, vt eo potissimum nomine se aquilæ, illos coruorum similes esse dicat.

πρὸς, inquit, ὁ πολ—

λα τεῖδες φυγ—

μαδότες γ, λαέροι

περηλασία, κόρεχες ας,

Muret
Lectione

L
Z

ἀκερταὶ γαύετοι

Διὸς τεὸς ὄψιχε δεῖον.

Apes, nisi irritentur, innocuae sunt: irritatae figuntur
leis eos à quibus læsæ sunt, & acerbissimos eis dolos
infligunt. idem poëtis ingenium. nulla, vbi non irri-
duntur, innocentior hominum natio: lacestii, ita
vulciscuntur, vt interdum eos quibus offensi erant,
mōrtem adegitse narrantur. nam præter id quod de
Archilocho accepimus; noui ego, qui hac ætate tam
tum versibus suis inimico dolorem inusserit, vt ex eis
ille sit mortuus. neque non hoc de seipsiis poëta per-
dicant, quorum sunt illa:

Cave, cave: namque in malos asperrimus,

Parata tollo cornua. &c,

Ne quisquam noceat cupido michi pacis. at ille,

Qui me commōrit: (melius non tangere. clamo)

Flebit, & insignis tota cantabitur urbe.

Quocirca Plato in Minoë præcipit iis qui bona fama
studiosi sunt, vt diligenter caueant, ne cum poëtis in-
imicitias suscipiant. Apes è variis floribus succun-
exprimentes, opus dulcissimum conficiunt. Poëti
quoque vagantes per hortos illos Gratiarum & Ven-
ris, de quibus est apud Pindarum, & ex iis bellissi-
mum quodque carpentes, ea concinnant carmina
quibus ne mel quidem ipsum mellitus videri potest.
Inde igitur illa sunt:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,

Omnia nos iidem depascimur aurea dicta,

Aurea perpetua semper dignissima vita, &c,

— ego apis Matina

More mōdique

Grata carpentis thyma per laborem

Plutinum, circa nemus, vuidique

Tiburis ripas, operoosa parvus

Carmina fingo.

Merito igitur Eustathius ait apem ζωντες την
τιμην, διατε & μόχθον την ἔργασια, καὶ διὰ τὴν ἔρ-
γα γλυκύπιτα, οὐ τὸ τέκνον θεωρίαν. ὃν πάνταν μετέ-
ζειν ἡ πόλις, πόνον τε φεγγίου, εἰδὲν γόνην την πόνον
γρει, ἔχον τὴν γλυκύπιτα ἐν ἀλήσι, στραγγαῖς οὐέντι τὸ
την πόλιν δισταθεστα.

Est etiam, cum poëtæ iucundissima quadam allego-
rantes, poëmata sua coronas vocant, quibus
alunt, ornari ac redimiri à se caput illius quem lau-
dant: ut in Pythiis: σὺν Διονείᾳ δέξαι σεφανόμα τόδε,
& alibi sèpe. quod imitatus Horatius dixit;

— o que fontibus integris

Gaudes, apricos nocte flores,

Nocte meo Lamia coronam

Pimplea dulcis.

Delicie autem meæ, Euripides, Hippolytum quo-
que de hymno, quo Dianam celebrauerat, ita ut de
corona quapiam loquentem facit:

Σοὶ τούτῃ πλεκτὴν σέφανον ἔξ αἰγαέτῳ
λεμῶν Θεῷ δέσποινα κορυφίας φέρω,
ἔντε πειρήν αἴξιοι φέρειν Σοτά,
ἔδη πλήθε πα σίδηρο. ἀλλ' αἰγαέτοι
μελατα λεμῶν ἱενὸν διέρχετο.
αἴδης δὲ παταμίασι υπόδει δρόσοις.
τοῖς διδάκτοις μιδὲν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει
το σπόροντεν εἴλιχον εἰς τὰ πάντα ἀει,
τόντοις δρέπετο, τοῖς κακοῖσι δὲ δέμιοι.
ἀλλ' οὐ φίλη δέσποινα χεισέας κορυφα
διόδημα δέξαι, κερπὸς διστολές ἄπο.

arque equidem hos versus, si potero, vel potius, vt-
cunque potero, Latinè exprimam: ut etiam ij qui

N

Græcè

Muret
Lectione

LIII
25

Græcè nesciunt, singularem eorum suavitatem quo modo odorentur. ab iis autem qui Grecapit satis intelligunt, valde peto, ut hæc mea aut nebant, aut conniuentibus oculis legant:

Tibi hanc corollam diua nexilem fero,
Aptam è virentis prætuli intonsa coma:
Quò neque præteruum pastor vñquam imigit pes,
Neque falcis vñquam venit acies improba.

Apis vna flores vere libat integros,
Puris honestus quos rigat lymphis Pudor.

Illis, magistri quos sine opera, perpetem
Natura docuit ipsa temperantiam,

Fas carperem illinc: improbis autem nefas.

At tu aurea regina vinculum come-

Amica suscipe, pia quod porgit manus.

& quoniam semel audere cœpi, subiungam etiæ
versus aliquot ex Edyllio, quod ab his annos nouis
ad FRANCISCVM TURNONIVM, Cardinalem
omnibus maximis honoribus dignissimum, scripsit.

In eo igitur ita erat, in extremo :

Ipse ego cum è terra pennis sublatus Amoris,
Per Charitum, Venerisq; hortos, pictosq; perenni
Flore ferar campos, & vulgo incognita prata.
Vnde metens violasque, & purpureos hyacinthos,
Intactasq; rosas, immortalesq; amaranthos,
Non prius audito texam tibi more corollam,
Quæ, damnoſi expers ſenij, tua tempora circum
Ardeat, eternoq; nitens ſcintillet honore:
Donec ad æquoreis ignotos fluctibus ignes
Clara Ariadneæ rutilabunt ſigna corona.

De quodam loco è libro secundo Rheticorum Aristotelis, aduersus Petri Victorij sententiam.

CAPVT II.

AEQVIORE animo se puniri ferunt, quicunque se, qui puniantur, dignos putant. Quocirca Aristoteles libro secundo De Arte rhetorica, inter ea quae ad mitigandum animum pertinent, ponit id quoque, vt iis qui sibi factam iniuriam censem, ostendamus, ipsos priores in iniuria inferenda fuisse, & merito ipsis contingere ea de quibus queruntur. Ira enim ex opinione iniuriæ nascitur, quare si desinent putare, iniuriam sibi fieri, irasci desinent. Sed in eius rei tractatione quedam verba sunt, quorum sententiam Victorium assecutum esse non existimo. Sunt autem hæc: Διὸ τὸς λύγει δὲ ταχηλάζειν ἀγανάκτην πολέμους οὐδὲ οἰδαντο. quæ ita exponuntur à Victorio: Ne facile irascamur, & ex tenui quaque ac sape iniusta caussa accendatur animo, qua ex re magna se pœnala exoriuntur, præcipit, quo modo nos gerere debeamus. Ne temerè igitur, inquit, in alios irruamus, non est cunctandum ratione animum preparare, & quasi ante mortum illum castigare: hec enim caussa est, cur serui malè mulcati a quo animo ferunt, nec valde indignantur: amea enim unquam suam conditionem cogitantes, tolerandis miseriis se prepararunt: Id autem apud Plautum in milite seruum ducere Periplectomenus tradit. Nam homini seruo suos dominos habere oportet oculos, & manus, orationemque. Hæc Victorius; quæ an vera sint, nescio. mihi quidem non videntur. Credo autem hoc Aristotelem dicere: Cùm reapse punire aliquem volumus, prius eum oratione esse castigandum, atque efficiendum, vt ipse planè intelligat, quasiq; oculis cernat, se commeritum pœnam.

N 2

Nam

ne Mureti
ia Lectiones

LII
25

Nam & serui minus indignè ferunt supplicia, quæ
ipſis sumuntur, si hoc modo cum eis agamus.

*Collatio loci cuiusdam è Phædro Platonis cum eius-
dem loci interpretatione Ciceroniana.*

CAP. III.

NO BILEM illum Platonis è Phædro locum, vi-
animorum immortalitas necessaria ratione em-
bari creditur, Cicero, ut notum est, & in libris De
Rep. & in primo Tusculanarum disputationum in-
terpretatus est. mihi autem hoc loco decretum est
cum Platonis verbis, Ciceronis interpretationem
quād diligentissimè potero, contendere. puto enim
cū apud vtrumque nonnulla haud satis emendari
legantur, ex hoc collatione aliquid emersurum. Plato:
Πᾶσαι ψυχὴν ἀδιάτοπον τὸ γόνον εἰνίοντον, ἀδιάτοπον. Ci-
cero, omissa propositione: *Nam quo semper mouetur
aeternum est.* In quo illud obseruatione dignum punitum
quod *ἀδιάτοπον* vertit *aeternum*. quamuis enim Plato
animos non immortales modò faciebat, verùm enim
aeternos; neque quicquam apud philosophos immo-
tale sit, quod non sit etiam aeternum: tamen hec vi-
cabula vulgo distingui solent, cū Cicero planè pro
codem accipiat. Plato: *τὸ δὲ ἄλλο καὶ τὸ οὐδὲν
νύμενον, παῦλαν ἔχον κανόσεως, παῦλαν ἔχει τὸν.* Cicero:
*Quod autem motum assert alicui, quodque ipsum agitare
aliunde, quando finem habet motus, viuendi quoque finem
habeat necesse est.* Praclarè omnino redditia hec par-
videtur. cū autem illa eiusdem verbi repetitio, quæ
in Græca oratione nihil habet insuauitatis, in Latini
sermone parùm elegans, neque satis dilucida fore va-
deretur, varietate vitauit hoc incommodi: *motum af-
ferre, dicens, pro mouere: & agitari, pro moueri.* sed illud

illud ἔχει, in quo colligendi vis inest, ita expressum est, ut nihil melius optari queat. Plato: μόνον διὸ τὸ αὐτὸν καὶ, ἀπεὶ τοῦ στολεῖπον εἴσαι, ἐποτε λίγης κινήσεων. οὐλὰς καὶ τοῖς ἄλλοις δοτα κινέει), τόποι ποὺς καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Cicero: Solum igitur quod sese mouet, quia numquam defatur a se, numquam ne moueri quidem destinet. quinetiam ceteris que mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. In quibus illa praecipue annotanda duco: ἀττα, comode verti, quia: & κινήσεως, mouendi. Plato: ἀρχὴ τὸ ἀγέντο. Cicero: Principij autem nulla est origo. eleganter. neque enim poterat vna voce dicere ἀγέντος: cum ingenitum sit ἔμφυτον. Plato: οὐκ ἀρχῆς γάρ αὐτάκη τοῦ γένους γίγνεται αὐτήν τοῦ μηδέ οὐκέτε ἐνός. Cicero: Natus principio oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. αὐτάκη γίγνεται, dixit simpliciter, vivunt. & illud, τὸ γένος, omisit. Plato: εἰ γάρ ἐκ τοῦ ἀρχῆς γίγνοται, εἰ καὶ οὐκ ἀρχῆς γίγνοται. Cicero: Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. videtur ergo apud Platonem legi: εἰ γάρ ἐκ τοῦ ἀρχῆς γίγνοται, εἰ καὶ ἀρχῆς γίγνεται. quod mihi, ne quid dissimulem, verius videtur. Aristoteles quoque principiorum tres proprietates esse voluit: vt ne gignerentur ex aliis: vt ne ex se inuicem: & vt ex ipsis cetera gignerentur. Plato: οὐτεδήν τὸ ἀγέντον οὔτι, καὶ αὐτός δορον αὐτὸν αὐτάκη τοῦ ἀρχῆς γάρ διὸ τὸ στολομένην, εἴτε αὐτήν ποτε ἐπ τῷ, εἴτε ἀλλα ταῦτα εἴτε ταῦτα γίγνεται. Cicero: Quid si numquam oritur, ne occidit quidem numquam. nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur: nec ex se aliud creabit. (in quibusdam libris legitur, recreabit.) siquidem necesse est, à principio oriri omnia. Plato: Οὐτοῦ διὰ κινήσεως πέντε ἀρχὴ, τὸ αὐτὸν κινοῦσθαι. Cicero aliquanto liberius: Ita sit, vt motus principium ex eo sit, quod ipsum a se mouetur. Plato: τόποι τοῦ εἴτε

Στολλυδζ, ετε γιγνεσθη θωματον. Cicero: Id autem nasci potest, nec mori. legit igitur apud Platonem, in γιγνεσθη, ετε στολλυδζ. & sane is ordo melior, & magis naturae consentaneus videtur. Plato: η πάρα τε ιστον πατεστε τε γιγνεσθη στολλα, η μη ποτε αύτη επιστολα εδει κανδεντα ψηφιον. Cicero: Vel concidat omni cælum, omnisq; natura, & consistat necesse est: nec non vllam nanciscatur, qua, ut à primo, impulsa mouetur.

Qua in parte id primum animaduertendum est, rocolam &, quæ in vulgatis Ciceronis libris non est, in veteribus legi: & necessariam videri. Deinde cùm Plato dicat, πάσαντε γιγνεσθη: non est, ut opinor, dubitandum, quin apud Ciceronem legendum sit, non, omnisq; natura, sed omnisq; terra. In verbis autem Platonis delendum videtur illud secundum στολλα, quod neque Cicero agnoscit, & sententia repudiatur. Postremo cùm in quibusdam Ciceronis libris ultima pars ita legatur, Qua primo impulsu mouetur: testificor, veterem scripturam à me repræsentaram esse, que dubitare me, quin ea vera sit. Audire autem reddidit Cicero, ut à primo. Plato: εδενεστε οι περισσαν τε ισφ' έκατον κινημένα, Ιυχῆς εστιαν τε η λόρη στο αντίστη λέγων, ον αἰρχωμένην. Cicero: Cum pateat igitur, eternum id esse, quod à seipso mouetur (in aliis libris, quod seipsum moueat) quis est, qui hanc naturam animo esse tributam neget? Cuius periodi posteriorem, pattem si Cicero ita legit, ut hodiè legitur (neque aliter legissem puto,) ne ille mirificus in ea conuertenda fuisset. Hoc enim dicit Plato: si quis ita definit animum, ut dicat animum esse id quod seipsum mouet, eam definitionem nunquam sictori suo incusuram pudorem. nam εστιαν & λόρην, & paulo post φύσιν vocat id, quod Aristoteles τὸ τι λεγει. ea verò sententia quod

modo è Ciceronis verbis efficiatur, Deus aliquis videtur, Plato: πάντα σῶμα, οὐ μὲν ἔξωθεν τὸ κυριακόν, αὐτοῦ φέρειν εἰδένειν αὐτὸν ἐξ αὐτοῦ, ἐμψυχόν. ὡς ταῦτα καὶ τοις εἰναις ψυχής, vbi non dubito quin legendum sic dicitur εἰς αὐτόν. Cicero: Inanum est enim omne, quod pulsus agitur externo: quod autem animal est, (in quibusdam libris, Quod autem est animatum) id motu cietur interiorē & suo, nam haec est propria natura anima (in quibusdam libris animi) atque vis. Inuertisse videtur Cicero ordinem τοῦ περιτοπον, id est, fecisse, εἰς θεοπεμένην κατηγορίαν, η διάταξιν. Plato: εἰ δέ δι τοῦτο οὐτως ἔχον, μὴ εἴτε τῇ περὶ αὐτὸν κινουμ, η ψυχή, εἰς αὐτάγκις ἀφύπνιστη η ἀστατοποιητική ψυχή οὐ εἴη. Cicero: Quae si est una ex omnibus quae se se moueat; neq. nata certe est, & eterna est.

*Correctus & explicatus locus Platonis
ex Apologia Socratis.*

CAP. IIII.

QOTIDIE magis intelligo, verum esse id quod semper existimau: nullam esse mendam ita puillam, quam non permagni intersit, è veterum monumentis tolli, ac corrigi: neque ullum hominum genus magis prodesse studiis, quam eos qui accuratè & fideliter operam in illis purgandis emendandisque ponunt, vnius enim litterulæ erratum interdum casetiam eruditissimis hominibus offundit tenebras, ut, tanquam in illuni nocte errantes, quouis potius perueniant, quam quod volunt. quod & sàpe alias animaduerti, & nuper cum Platonicam Socratis Apologiam euoluerem, in qua cum alia peccata à Marilio deprehendi, tum hoc, quod nunc ostendere instruim, nam cetera, est cur reiecta in aliud tempus versus, ad ipsum igitur illius orationis finem ita legitur:

N 4

Totius

Murens
Lectiones
LIII
25

Τοσόνδε μέν τοι ἀντῶν δέομαι τὸς γῆς με, ἐπειδὴ καὶ
 πικρίσιμος ὁ ἄνθρωπος, ταῦτα γὰρ τα λυπῆστα, ἀπό τούτου
 ἔλυπα, εἰνὶ ψυχῆς δοκῶσιν οὐ χρημάτων, οὐ διάλεκτος
 ἐπιμέλειας, οὐ πρεστής. οὐ εἰνὶ δοκῶσι τὸ θέλημα,
 δικῆτε ἀντοῖς ὡστερὲ καὶ ψυχῆς, οὐτὶ εἰνὶ δημιουργὸς τοῦ θεοῦ
 οἰνοτατοῦ τοῦ θεοῦ, οὐτὲ βασιλὸς διξιοῦ. οὐ εἰνὶ ταῦτα ποιη-
 κατα πεπονθότος, οὐτὸς ἔσωμαι σφράγιδον, ἀπό τοῦ θεοῦ, οὐτοις
 quæ verba ita Marsilius reddidit: Tantum tamen
 precor ō viri, ut meos quoque filios, cūm adoleuerint
 ipsi, similiter atque ego, vobis molesti sint, pēnis similes
 afficiatis; præsertim si videantur vobis vel pecuniarum,
 alterius cuiusquam rei maiorem quam virtutis curam habere:
 atque si videri velint, putentive, se alicuius esse pre-
 cūm nullius sint, illos obiurgetis, quemadmodum ego νο-
 quod non illis ierūbant, quibus est incumbendum: ac ex-
 stiment, cūm nullius pretij sint, se aliquid esse. Quod si
 feceritis, iusta à vobis passus fuero egoq; & filij. In que-
 bus id admirabile atque absurdum videtur: quid si
 cur Socrates ab Atheniensibus petat, filios suos inter-
 fici, si paternam hominum admonendorum &
 iuuandorum consuetudinem, vbi adoleuerint, intentur.
 quid enim? peccasse fortassis sibi ipse videbitur,
 quod eam viuendi viam insuscitus esset? minimus
 omnium. nam se in eo & deo obtemperasse dixerat
 & meritum, ut ea caussa in Prytaneo aleretur: &
 vita daretur longior, inquam aliter facturum negari
 qua igitur de re ipse se meritè amabat, summiq;
 dignum honoribus verè gloriabatur: quid erat cauſa
 cur eius in studio versari filios nollet? At, dicet for-
 se aliquis: ita demum eos ab Atheniensibus ultimum
 suppicio affici cupit, si ita reprehendant alios, ut ipi-
 met interim nihil sint, aliarumque rerum maiorem,
 quam virtutis, curam gerant. Ita ne quæso? Sic quo-

que eos morte multari, quām admoneri, ac corrigi manuēt: nam si diceret se potere, primū ut liberi sui, si quid peccarent, reprehenderentur, atque ingrepantur diligenter: deinde, si viderentur ita depravati, ut corrigi non possent, vita priuarentur denique: non inhonesta, neque aliena personā Socratis esset oratio. sed & multa alia proferre possem, quibus eius sententia absurditas ostenderetur: nisi satius ducerem, iis omissis, veritatem ipsam detegere, cuius splendor exigui erroris nubecula obumbratus Marsilius aciem fugit. Vbi enim *avertitus* vulgo legimus, legendum est *avertitum*, qua tantula mutatione scripturæ, quanta fiat sententia mutatio, videamus. hoc enim dicit Socrates. Peto à vobis Athenienses, cùm filij mei adoleuerint, vt eos vlciscamini, easdem illis molestias exhibeates, quas ego vobis exhibere consueueram: si aut pecunia, aut vius omnino rei, quām virtutis, studiosiores esse videantur. Quas enim solebat exhibere molestias Atheniensibus Socrates? admonebat eos, virgebat, instabat, ne vllam rem virtute potiorem esse ducerent: neve quicquam illius studio præuertendum putarent. eandem igitur molestiam filii suis exhiberit cupid. itaque addit: Quòd si, nihil cùm sint, aliquid tamen esse se existimant: exprobrate eis, vt ego vobis, quòd non in iis, in quibus oportet, studium collonent: quodque, nulli pretij cùm sint, aliquid se esse arbitrentur. Id enim se fecisse ipsemet dixerat: cùm eos, qui se sapientes putabant, longè abesse à sapientia ostenderet. Sequitur: Hæc si feceritis: tum & mihi & filiis meis id quod iustum est, tribueritis. Mihi quidem: quoniam quod ego beneficium in vos contuli, id vos conferatis in filios meos. Ipsis autem: quoniam afficietis illos ea pœna, quæ errantibus de-

N 5

bita

Mureni
Lectione
LIII
25

bita est. quatenus autem pœna illa sit, è primo non possum cognoscere est: ubi cùm Thrasymachus quæsisset de Socrate, quid tandem perpeti paratus esset, si ipse uerum iustitiae definitionem attulisset, quæ reprehendit nullo modo posset: Quid verò, inquit, aliud, Socrates, quād quod eum perpeti par est, qui aliquid noscitur? par est autem eum à sciente discere: egoque de me quo minus ea pœna sumatur, non recuso. Hactenam præclara sententia in vnius litteræ peruerba latuerat.

Virgilij versus è sexto Aeneidos ex Homero imitati.

CAPVT V.

CV M studiosè fecerint aliquot eruditì homines. Ut indicarent locos Homeri, quos Virgilius imitatus esset: innotescunt tamen (neque aliter in tanta copia fieri potuit) prætermiserunt. qualis est ille è sexto Aeneido: ubi, accipiente in nauim Charonte Ingentem Aenean, gemuit sub pondere cymba Sutilis, & multam accepit imosa paludem. ita enim Iliados s., cùm insiliret Minerua in currus Diomedis, gemuisse sub tanto pondere axis sagittarum dicitur:

Hοδὸς διόφορος ἔλαυνε πλεύ Διονύσεα δῖον
Εμπεμαῖα θεά. μέχα δὲ ἔβεργε φίγινθε δίξων
Βεδροσών. δεινὺς γά τοι θεόν, αὐτὰρ τ' ἀετοῦ.

No^tatum Petri Victorij minucioriā ἀμάρτημα.

CAPVT VI.

PETRVS Victorius libro sexto Variarum lectio- num, narrans notum illud Socratis somnium, quo, cùm in custodia publica esset, præuidit, sibi post tertium diem esse moriendum, admonitus illo verū,

Ηματί καὶ τεττάρῳ φύσις ἐσίσωλος ἵκοι.

Vafas

versum, inquit, esse è primo libro Iliados notum est, pronunciaturq; illic ab Agamemnonque in iurgio illo: cùm enim dices Achille se domum reuersurum, copiasq; suas è bello adficieturum, compulsum iniuriis ipsius, liberè permisit illi, vi hor, si vellet, faceret, rex regum: vtq; se ostenderet nihil curare discessum illius, monstrauit in sermone, eum breui tempore domum peruenturum. Hæc Victorius. quæ omnia, vt vno verbo dicam, falsa sunt. versum enim illum esse, non è primo, sed è nono libro Iliados, notum est: pronunciaturque illic non ab Agamemnone, neq; in iurgio; sed ab Achille, qui Ulysses alloquens, abiutum se dicit, &c, si Neptunus prosperum cursum dederit, tertio die in patriam peruenturum.

Ei δέ κερδούσιν θάνατον Ευρωπήας,
Ευατίλη τεττάτο φθίνεις εἰσερχοντος ικοίουν. id est,
Quod si Neptunus facilem dederit mihi cursum,

Terteria lux Phœbe latet me sūstinet in aruis.

cur autem apud Platonem ex ikoīuw factum sit ikoīo, facile est videre. Neminem igitur memorie suæ valde confidere oportet: cùm Victorium quoque ipsum, tanta doctrinæ copia præditum hominem, in rebus non abstrusis neque reconditis, interdum tamen vacillare videamus.

De facultate contrariorum. emendatus & declaratus
locus è secundo Aristotelis De arte dicendi.

CAPUT VII.

TRIBVS modis intelligi potest id quod in philosophorum scholis tritum ac celebratum est, contrariorum eandē esse vim ac potestatem. aut enim de vi ea quæ inest in ipsis contrariis, aut de ea qua contraria apprehenduntur, aut de ea qua efficiuntur nos, docendi causa, vim insitam, viam percipiētem, & vim

Le Muret
la Lecture
LIII
25

vim efficientem vocabimus. Ergo si de vi insita loquatur, non eadem est vis ac potestas contrarium, immò, vero contraria. exempli gratia: non eadem vis est insita frigori ac calori; cùm frigus conhendi vim habeat, laxandi calor: non eadem albo nigro: cùm illud visum dissiperet, hoc colligat. canino autem, cùm de hoc genere potestatis proprietas per se agitur: valet illa regula quæ posita est in prædictis dialecticorū, Contraria de contrariis dicta, probabili esse. Quòd si agatur de vi percipiente: tum simpliciter & absolute dici potest, eandem esse vim contrarium. etenim album & nigrum eadem facultate cognoscimus: itemque consonum & dissonum; calidum & frigidum, & similia. & de hac potestate intelligendus est locus ille è principio quinti Ethicorum ubi hoc dicitur. quinetiam ob hanc ipsam causam contrariorum eadem est ars, eademque scientia, nā
γέραι τέχναι, η αἱ πονηραὶ, η αἱ ἀπειλαὶ, δύωρες εἰσιν Aristoteles lib. octauo τοῦ μὲν τὰ φυσικά. Vbi autem fermo est de potestate efficiente, adhibenda quadam distinctio est. nam causa efficiens contrariorum quodammodo eadem est, & quodammodo non eadem; nempe eadem quidem genere, sed non eadem specie. Verbi causa: eadem res efficit sanitatem & morbum: netime temperatio quatuor humorum, quibus corpus constitutum est. sed illam bona temperatio, hanc mala. itidemque efficienda virtus, efficiendi vitii potestas eadem in re sita est: in contutidine. non tamen una eademque consuetudo viscum & virtute præditum efficiet hominem: sed contraria. atque ita intelligendus est locus ille è secundo Rheticorum: οὐ γέραι τέχναι δύωρες εἰσιν τοῦ μὲν τὰ φυσικά. in quo Victorius sui se dissimilem præbuit, legendum.

dum autem ibi est, nō èravtia: non, vt vulgo legitur, èravtia. quod ego cùm à primo conjectura tantum sicut iudicarem: repperi postea libros & calamo notatos, & typis descriptos, qui opinionem confirmarent meam. Quòd si vna eademque specie, aut etiam numero res potestatem efficientia contraria in se contunere dicatur: id necesse erit contingere aut non in eodem èravtio: aut quod, si idem sit, non sit tamen affectum eodem modo: aut contraria illa non eadem ratione efficientur, aut non eodem quasi instrumento. Ut idem ignis & astringit & resoluit: sed adstringit fortasse corium: ceram aut glaciem laxat. Astas appetentiam rerum Venearum & auget, & minuit: sed minuit in viris: auget in feminis. Ebrietas alij garrulitatem affert, alij silentium, doctrinæ copia alij confidentiam, alij timiditatem. Fieri etiam potest, vt sit idon èravtio: sed non eodem modo affectum. vt vini aut Veneris vsus vni eidemque homini, sed aliter atque aliter affecto, modò salubris est, modò noxious. Quòd si & idem sit, & eodem modo affectum: oportebit, vt dixi, contraria illa aut non eodem modo, aut non eodem quasi instrumento effici. Nam diurna niuis contreftatio & frigus affert, & calorem: sed alterum quidem per se, alterum per quandam èravtio. Vinum & humectat, & exsiccat: sed alterum per se, alterum x̄t̄ sup̄leb̄m̄os. sic senectus adueniens & sicciores & humidiores facit. At idem medicus eundem hominem & interficere potest, & sanare: non tamen eodem planè instrumento, sed hoc remedio, illud veneno. & idem geometres potest in eodem auditore & scientiam, & ignorantiam efficere; sed illam demonstratione, hanc paralogismo. Hæc mihi de hisce rebus cogitanti venerant
in mentem

de Mureti
in Lectione
LIII
25

in mentem; quæ cùm haud prorsus ~~de~~ videatur; placuit aliorum iudiciorum committere.

Alius locus ex eodem libro explicatus.

CAPUT VIII.

IN EST obscuritatis aliquid etiam in iis verbis quæ proximè antecedunt eum, quem modò addimus, è Rheticis locum. ait enim Aristoteles, vnum contrariorum eam naturam habeat, vt aut eum aut fuisse possit: posse id probabiliter etiam de aliis colligi. quod quidem verum esse non videbitur, nimirum quomodo h̄c accipiatur δωματῶν, intelligas. idque Vratorum nullo modo attigisse miror. Δωματῶν enim nomen interdum ita latè patet, vt amplectatur & in quod necessariò vel sit, vel est, οὐ καὶ τὰς ἀλλας τοις διαφορας: & id quod citra ullam necessitatē. interdum autem ad hoc tantū genus, Quod postea loco posuimus, pertinet, οὐ αὐτούς τοις εἰς αὐτά. Illo priore modo si accipias, falsum erit, quod hic ab Aristotele traditur. non enim si potest ignis esse calidus, sequitur, vt etiam frigidus esse possit. neque si potest moueri cælum, potest etiam quiescere. nam in iis quæ necessariò sunt, non utrumque contrarium est τὸ δωματῶν, sed alterum tantū; neque utrumque, sed certò ac definite alterum. Nemo autem cuiuslibet h̄c motum & quietem non esse propriè contraria. constat enim, h̄c, vt sape alibi, Aristotelem accipere τὴν ἐπαρτίαν τὴν ὅπως διποτέρων αἴνους, posteriore igitur modo accipiendum hoc loco est τὸ δωματῶν ὄντα. & ita verissimum erit, quod docetur. nam hoc modo τὸ τὸ δωματῶν τὸ δωματῶν τὸ τὸ δωματῶν. Ita disputantur hæc ab Aristotele τὸ τὸ δωματῶν.

Correllus

Correctus Ciceronis locus ex oratione pro C. Rabirio perduellionis red.

C A P. IX.

MISERA est ignominia iudiciorum publicorum; misera multatio bonorum: miserum exilium. sed tamen in omni calamitate retinetur aliquid vestigium libertatis. mors denique si proponitur, in libertate moriamur, carnifex rei, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit non modo à corpore ciuium R. sed etiam à cogitatione, oculis, auribus, harum enim omnium rerum non solum euentus atque perpetuo, sed etiam conditio, expectatio, mentio ipsa demque indigna ciue R. atque homine libero est. Ciceronis haec verba sunt è luculenta illa oratione, qua consul C. Rabirium defendit perduellionis reum. in quibus cum duas voces, seu meritò, seu immeritò, semper mihi suspecte fuerint: non possum, quin suspectiōnem meam exponam. Harum vocum prior est, obdolio, quanquam enim non sum nescius, obducere, interdum esse idem quod, obtegere, libentius tamen hoc loco legerem, obnuptio. nam quòd hoc vocabulum nusquam alibi apud Ciceronem legatur; ne obductio quidem. & obnuptio melius, ni fallor, conueniret cum diro illo & horrendo carmine, quod paulo supra recitauerat; Caput obnubito; arbori infelici suspensus. Altera earum, quas dixi, vocum est conditio: pro qua mallem, conditio. Etenim condicere, vetere lingua, est denunciare; & conditio, denunciatio; vt & veteres Grammatici, & Iurisconsulti docent. quo sensu, mirificè hic, vt opinor, quadraret. Sed hæc opinione tantum nixa sunt, quare cohibeamus assensio- nem, dum aliquid certius & exploratius afferatur.

Ciceronis

at Mureti
ia Lectione

LII

F 5

Ciceronis loci duo ex Aeschine, ut videtur, imitati.

CAPUT X.

CICERO, cum in tertia oratione in Catilinam
commemoraret ea signa, eaque prodigia, que
bus dij immortales summinens periculum praecon-
strauerant, populumque R. vt sibi caueret, praecon-
nuerant, affirmauit, eos ita praesentes opem tulisse, ut
pene oculis videri possent. & paulo post, tam multa
signa se consule diuinitus extitisse dicit; vt hec, non
quit, quae nunc fiunt, canere dij immortales videntur.
Credi autem potest imitatus esse hac in parte locum
cum illum Aeschinis ex oratione aduersus Cresiphonem;
vbi ait, deos ita prædixisse ac præsignificasse po-
pulo Atheniensi mala, quae ei Rhetorum quorundam
culpa imminerent, vt propè humana voce allumper-
clamarent, cauendum esse. Verba Graeci orationis
hæc sunt: ἀλλ' εἰ πρόλεγον, εἰ τελεσθήσαντο οὐκον
λάζαρος, μονονέκ αὐτόποιον φρενὸς τελεστησόμενοι, nam
quod, videre oculis, ibi Cicero dixit, eodem loquendi
genere Aesches vesus erat paulo supra; et si non
dem de re loquens: ὁράτε τοῖς ὄφεσταις τὴν ἀριστοτελεστον λιμένα τετελεσμένον, eam autem orationem
conuerterat, vt quidem creditur, Cicero. quod faciliter
ipsi, quae ex ea imitaretur, in mentein venire posse
runt. nam pulcherrimum illum locum è secunda
agaria, Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto: & illum
item ex undecima Philippica, Ponite igitur ante oculos
P. C. miseram quidem illam & flebilem speciem, sed al-
licitanos animos vestros necessariam, nocturnum impo-
tum in urbem Asiae clarissimam, & quæ sequuntur eorum
igitur locorum utrumque quin ex eadem Aeschi-
nis oratione expresserit, non sanè admodum dubito.

Loca

Locus autem Aeschinis, unde illos imitatos esse credo,
hic est: Τέτοιοι δή μοι μηρὸν γέοντες, οὐδὲνοιαν, μὴ εἰ τὸ
τεσσάρη, αὐτὸν ἐν τῷ δεάστερῳ, καὶ νομίσατε ὅραν περιόντα τὸν
αὐτόν, & paulo post: Αὐτὸν ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν εἰς παρ-
εγκλήσιαν, οὐδὲνοιαν φατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφορὰς,
καὶ νομίσατε ὅραν ἀλεισκούμενον τὸ πόλιν, τειχῶν κατασκαφας,
καταπλοκαίων, αἰρεμένας γυμνάκες, οὐ πάσας εἰς διαλέκτους,
οἰούστας αἴθραις, πρεσβύπολας γυμνάκες, διφέτι μεταμα-
ζαντας τὸν διεστέαν, κλαίοντας, οἰνεσθοντας ὑμᾶς, ὄρμο-
ντας, εἰ τοῖς πικαρδιένοις, αὐλάς τοῖς τέτοντος αὐτοῖς. quo qui-
dem subiectio[n]is exemplo vix ullum posse reperi[re].
pulchritus puto.

*Declamatione in Sallustium loci duo, quorum alter ex
Aeschine, alter è Demosthene expressus videtur.*

CAPUT XI.

*E*x eadem Aeschinis oratione sumptum est id
quod positum est ad finem illius declamationis,
qua Cicero, tamquam à Sallustio prouocatus, respon-
dere ei singitur. ita enim ibi scriptum est: *Finem dicen-
di P.C. faciam. saepe enim grauius vidi offendere animos au-
ditorum, eos qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos
qui commiserunt. apud Aeschinem enim ita legimus,*
*τὸ ποτε τοῦ μονθέντος τὸ ταῦτα πάντοιον αἴρεται λα-
ράς λέγοντας. quod autem statim subiungitur: Mibi
quidem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat
audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum: vi-
deunt imitatum ex illo Demosthenis: οὐνα, μὴ τοῖς σὺν τα-
κείσταις λέγοντας, αὐτὸς εἰς περιστοντας εἰμαντός δέξιος περι-
πολεῖται λέγοντας. aut ex hoc, quod in eadem oratione legi-
tur παλαιός γαῖας ἔτερός εἰπεῖν ἔχων αὐτὸς παρελείψω. & γε-
τε αὐτὸς εἰπεῖν περιστοντας εἰμαντός δέξιος περιπολεῖται λέγοντας. αὐλάς δοτα μικρὸν αἴρεται λέγοντας εἰπεῖν εἴρηται.*

O

Inscitum

le Muret

in Lectiones

LIB

25

Inficetum, non ut vulgo, Infacetum, scribi oportet
ex eadem configuratione, etera ad eundem modum.

CAPUT XII.

CVM iampridem in veteribus Catulli libris scriptum reperiisse,

O seculum insapiens, & inficetum: itemque

Pleni ruris & inficeriarum: &

Idem inficeto est inficetior rure:

præterieram ea omnia, tanquam errata libratoria eramque secutus vulgarem consuetudinem, quia receptum est, vt per a litteram, non per i, cuncta vocabula & scribantur, & pronuncientur. nuper autem cum ea de re paullo attentius cogitasse, planus adductus sum in eam sententiam, vt veterem illam scribendi rationem probam & incorruptam; eam autem qua vulgo nunc vtrum, prauam & corruptam iudicarem. Ut enim ab aequo, non inaequus, sed inquis: & ab amico, non inamicus, sed inimicus: sapiente, non insapiens, sed insapiens: & a facio, non infacio, sed inficio dicitur: sic a faceto, non infaceto, sed inficetum dicendum videtur. Nam illud quoque non nihil est, quod Angelum Politianum, eruditissimum & accuratissimum hominem, ita scribere fecerunt constat. Hermolaus quoque Barbarus, qui, urbs orbis terrarum lumen est, eius ipse urbis maximum lumen fuit, ita scribenda haec censuit. illud enim verba haec sunt ex emendationibus Plinius. Cum inficetus, non infacetus dicatur, auctore vel Catullo scribendum est, Inficerissime.

Corrig.

*Correctus & illustratus Aristotelis locus è
libro quinto Ethicorum.*

CAP. XIII.

ARISTOTELES libro quinto Ethicorum cùm ius civile ita diuisisset, & aliud naturale esse, aliud legitimum diceret: legitimi exempla hæc posuit: Mina captiuos redimere: capram, non oves duas immolare: Brasidæ sacra facere. quorum primum & postremum vnde sumpta sint, satis constat: medium ita non commune ac contritum est, vt Michaël Ephesus temere id confictum, non ex vlla historia sumptum putarit. Quod cùm mihi semper suspectum vi- sum esset, memini me, octo abhinc annos, cum eum librum Lutetiae publicè interpretarer, ita dicere, mendaciam mihi ciuius loci scripturam videri; sic tamen, vt non magno negocio corrigi posset. neque enim legendum, αἴτια θύεν, ἀλλὰ μὴ μόνον φρόβατα: sed, αἴτια θύεν, ἀλλὰ μὴ μόνον φρόβατα: id est, capra, non ouibus, rem diuinam Ioui facere. Id acceptum esse ex Herodoto, qui in Euterpe narrat, ab iis Ægyptiis qui Iouis Thebani templum accolunt, suntve è Thebana præfectura, non oues, sed capras tantum immolati: cùm contrà, qui sunt è præfectura Mendesia, capris abstineant, immolent oues. utriusque autem tunc fabulosas quasdam origines pluribus verbis persequitur. Hoc ex me postea auditum Dionysius Lambinus, homo singulari doctrina & acerrimo iudicio prædictus, ita probauit, vt interpretationem Aristotelei loci suam, ad meam correctionem accommodarit.

O 2

Verbum

at Mureti
Lectione.
LIII
25

Verbum siākēvēdērē, quodam loco ē secundo Rhetorū
rum Aristotelis non videri ita accipiendum vt
Victorius censuit.

CAPUT X I I I .

TRIA omīnd sunt quæ efficiunt, vt ij qui consilium dant, digni iudicentur quibus credamus quosque duces in rebus suscipiendis ac gerendis se quāmur: prudentia, probitas, & benevolentia egnos. horum trium si quid absuerit, non satis tutum est, eorum consilio fidere. nam & qui tum bonus erit, tum amicus nobis, si idem parum prudens consideratus fuerit, falsus ipse, nos fallet. & qui callidus atque acutus est, si aut improbus sit, aut male animatus in nos in fraudem inducet potius, quam bono & utili consilio adiuuet. etiam si qui & prudent est, & vir bonus, nisi benevolentia nōs aliqua complectatur, non valde laborabit, quid nobis futurum sit. itaque dabit quidem ille nobis consilium bona de, & sine fallacia: sed tamen non ita cogitat, vt aliqua nobis cum ipso esset coniunctio. quare poterit fallere. quod si etiam inimicus sit: numquam fac nobis auctor erit, vt id faciamus, quod ipse nobis optimum fore cognoscet. tria illa in quo inentur, neque volet fallere, & vix poterit falli. Hoc Aristoteles libro secundo Rheticorum his verbis docat.

Τέ μὲν οὐδὲ ἀτὰς ἐπι τοὺς τὰς λέγοντας, τηλεῖσται τὸν ποσῶντα γάρ εἶται, δι' αὐτὸν μεν, ἔξω τοῦ πατού Εἰσον, εἰ τοῦτα, φρόντις, καὶ ἀρετὴ, καὶ εὔνοια. σιακένδρον γραπεῖ λέγοντα, οὐ συμβαδίσοντα, οὐ διὰ πάντα ταῦτα, οὐ διὰ τάπανα, οὐ δι' αἴροντα ταῦτα εἰς διδάχην, οὐ διδάχην διδάχην. σιαμοχθητας εἰ τὸ δοκοῦντα λέγοντα, οὐ φρόντις μηδὲ εὔνοια εἰσον, αλλ' εἰς εὔνοια. σιδέρης εἰδέχεται καὶ τὸ εἰσερχόμενον.

videndev $\mu\gamma\alpha\sigma\kappa\nu\tau\alpha$. χ , παρὰ τῶν τε & δέν. quibus in verbis Petrus Victorius illud $\delta\alpha\tau\delta\delta\sigma\tau\alpha$, exponit, labuntur, ac decipiuntur: & probat, id verbum interdum eo sensu capi, probato alio quodam Aristotelis loco. Ego autem, vt probes, verbum πολύσημον hoc aut illo modo accipi, non puto hoc factum esse, si doceas, etiam alibi eam vim habere. videndum illud quoque arbitror, ea quam afferas, interpretatio ei loco, quem de clares, conueniat ne an minus. nam si in illo versu,

Depresso incipiat iam tum mibi taurus aratro

*Ingemere: dicerem, taurum esse secundum signum
Zodiaci: non eo minus errarem, si ostenderem, eam
vocem id valere in illo,*

Candidus auratis aperit cum cornibus annum

Taurus.

Quanquam igitur $\delta\alpha\tau\delta\delta\sigma\tau\alpha$ interdum valet idem quod labi ac decipi: tamen qui in eo quem recitaui, loco ita exponat, labi ipsum ac decipi puto. nam is qui cognoscens quid sit optimum factu, nihilo minus aut malitia, aut odio ductus, aliud suadet, $\delta\alpha\tau\delta\delta\sigma\tau\alpha$ ex Aristotelis sententia: neque tamen labitur ac decipiatur, sed fallit ac decipit. ergo praestare arbitror, vt $\delta\alpha\tau\delta\delta\sigma\tau\alpha$, exponamus, fallunt. quod si quis obiciat, id verbum hoc sensu non conuenire in eum qui vir bonus amicusque sit, sed per imprudentiam inutile consilium det; huic ego respondeo, fallere dici nonnumquam etiam illos qui sine villa mala, vt ait Plautus, malitia, in errorem inducunt eos quibuscum agunt. Non enim vetus illud iusurandum ita concipi voluiscent, Si sciens fallo: nisi etiam inscientem posse fallere iudicassent.

O 3

Quid

Mureci
Lectio
LIII

*Quid apud Catullum, asini nomine intelligendum
esse videatur.*

CAP. XV.

ASINVM videtur Catullus dixisse, non animal quod vulgo notum est, sed lapidem molarem in epigrammate, quo exagitauit Ämilij cuiusdam deformitatem, quem ait pistrino atque asino tradidisse. Graci certe & bestiam illam, & molam comedim nomine appellant, itaque Hesychius ὄνον ait esse superiorem in pistrino lapidem. Eustathius autem, καρύκευμον τὸ μύλην, & Antronium, asinum ex eo in proverbiū abūsse, quod Antronij lapides habeant aperte ad conficiendas molas. & in primo *ἀβάτων*, ita scriptum est: Οἰ δὲ ψυχικῶν ἔνες ἀλέρες πέπει τὸν ἄρνην ἀντεῖ, καὶ πλουσίας, εἰς Καβυλῶνα ἥγεν, καὶ ἐπείλους, καὶ ταρρεψίζοντες σίτου, εἰς αὐτόν. quorum verborum haec est: Romuli Amasai interpretatio: Incolae asinariae molas circa flumen cedunt, exitusq[ue] Babylonem deportant, inde venditis coempto frumento famem leuant, qui cur asinariae molas dixit non video, ego lapides molares tantum dixi sem, nam illud ἀλέρους additum est in Graeco sermone ad tollendam vocis ambiguitatem, que in Latino nulla est. Quinetiam pisces ὄνον ex eo vocatum esse credo, quod in cerebro lapides habeat molatū similes, quamquam alij ab asinini corij similitudine dictum autur hanc.

Male conuersos videri à Cicerone tres Euripidis versi.

CAPUT XVI.

NON sine causa, ait Cicero, cum Orestem docere Euripides, primos tres versus retrouasse dicimus Socrates: Neque tam terribilis illa fando oratio est,

Neque fors, neque ira calustum inuestū malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

Qui, si cuique fas est, id quod sentit, dicere, videtur
eorum versuum sententiam aut non satis percepisse,
aut non fideliter reddidisse. quod ut iudicari ab aliis
possit, Græcos Euripidi subiiciam :

Oὐκ ἔστιν ἐδὲν δεινὸν, οὐδὲ εἰπεῖν ἐπὶ Θ.,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὴ δεῖλατο,
Ησ ἐν αὐτῷ ἀργίται ἀχθόταις εὐαίσ.

primum igitur versum, si Ciceronem sequare, ita ac-
cipias necesse est: ἐκ ἔστιν ἐδὲν ἐπὶ Θ. οὐδὲ δεινὸν εἰπεῖν.
id est: nullum est verbum ita terrible dictu. quod sanè,
ne quid dissimilem, mihi quidem non placet. ac fieri
potest, vt fallar, sed dico id, quod videtur. Deinde,
τιθέος quām aperte reddatur fors, alij viderint. postre-
mō in tertio versu nulla est patientia ac tolerantia si-
gnificatio, potiusque hoc dicere Euclidem puto,
Nihil, vt vno verbo eloquar, dirum ac terrible est;
neque morbus neque à diis inuecta calamitas, cuius
grauitati hominum natura ac conditio exposita non
in id quod statim confitiat inusitato, & antea inau-
ditio supplicij genere, quo à diis affectus est Tantalus.
Neque ignoro, quām sit periculosa, vt ait Flaccus,
plenum opus aleæ, à Cicerone dissentire: verumta-
men. Mecum quidem Græcus eius poëta expicator,
quisquis est, facit.

De quodam loco ex epistolis ad C. Trebatium
accuratè disputatum. CAP. XVII.

ANGELVS Politianus capite xxvii. Miscella-
neorum illustrare conatus est hunc Ciceronis
locum ex epist. ad Trebat. Hoc tibi tam ignoscemus nos
amici, quām ignouerunt Medea, qua Corinbum arcem
aliam habebant, matrona opulente optimates, quibus illæ
manibus

Muret
ia Lectiones
LIB
25

manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illa venire
quod abesset à patria.

Nam multi suam rem bene gessere, & publicam pa-
procul:

Multi qui domi etatem agerent, propterea sunt in
probati.

quod enim neminem ante se ne suspicatum quidem
esse gloriatur, ait, hos duos esse versus ex Ennij Me-
dea ex his Euripideis expressos:

Kοειδαι γυναικες, εξηλθον δ' αμα,
και μοι τη μεμψιδη. οιδα γο πολλας θρονων
σεμνες γυναικες, της μεν δηματων απο,
της δ' εν θυραισι. οι δ' αφ' ησυχου ποδιος
δύσκολες ειπόντων καρδιας.

Petrus quoque Victorius libro x. Variarum ledio-
num idem sentire se, quod tradiderat Politianus,
ostendit. neque umquam quenquam audiu, qui ei
de re villo modo dubitandum putaret. Ego autem
quanquam apud me plurimum & Politiani & Victo-
rii valet auctoritas, mirifice tamen ab utroque dissen-
tio. quocirca hoc loco, quid de illis versibus sentiam,
aperire constitui; vt ab eruditis hominibus, merito in-
immerito id faciam, iudicetur. In primis igitur Lat-
inos versus male ab eis distinctos, ad hunc autem mo-
dum distinguendos censeo:

nam multi suam
Rem bene gessere, & publicam, patria procul.
Multi, domi qui etatem egerunt, propterea
Sunt improbati.

nam quod egerunt, lego, vbi vulgo legitur, agerent;
veteres in eo libros autores habeo. & ipse quoque
Victorius ita legit. at hoc quidem leue est. illud gra-
uius, quod planè iudico necesse esse, vt aut ne sint i-

veritas
fuit E
et, na
detor/
dea pr
sam se
furoris
dident
tus, or
cat ex
suo ill
ras. F
affatu

id est:
mibi sa
hoc te
enim,
solitu
tunt.
ve hu
forte a
creder
haec v
pi uo
mibi
tur: si
paray
enim
se vide
dente.
ne, in

versus Euripidis à Latino poëta conuersi: aut vt eos, sive Ennius, sive quis alius fuit, quæ ita interpretatus est, non intellexerit, & in sententiam alienissimam detorserit. Nam apud Euripidem quidem cùm Medea præ dolore iam non compos animi, domi clausam se contineret, excruciatque se, & eos, quasi à furia agitata, clamores ederet, qui etiam foris exaudirentur: Corinthiæ mulieres, è quibus constat chorus, orant nutricem, vt ad eam adeat, ipsamque educat ex ædibus. Sperabant enim se aspectu & alloquio suo illum doloris ardorem aliqua ex parte mitigatas. Paulo post igitur domo egrediens Medea ita eas affatur:

Kορινθίαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοι τι μέρεψῃδε.

id est: Corinthiæ mulieres, egressa sum ex ædibus, ne quid mihi succenserit, quasi diceret: Non equidem libenter hoc tempore in aspectum hominum prodeo. omnes enim, quos grauior aliquis vrget dolor, tenebras & solitudinem querunt: lucem & frequentiam odetur. verumtamen cùm vestro nomine rogata essem, vt huc prodirem, prodij: ne, si prodire nolle, vos id forte superbia quadam ac contemptu vestri à me fieri crederetis. At illo altero modo, ita accipienda erunt haec verba: ἐξῆλθον δόμων. id est patriam meam reliqui, μή μοι μέρεψῃδε. id est nolite id mihi viatio vertere. quod mihi quidem alienum ή αποστολον videtur. Sequitur: οἴδα γὰς πολλὰς Κροτῶν σφινὸς γεγότας, τὰς μὲν δύνατον ἄπο, τὰς δὲ δυνάσθιοις. quæ ita interpretor: noui enim multos mortalium, qui arrogantes habiti sunt, quodd sevidendos exhibere nollent. alio contrā, quodd in atrii sedentes, viderentur de sé quasi spectaculum quoddam præbere, in eandem opinionem venisse. Nam quod ille Cicero-

O 5

nianus

It. Muret.
Lectio
LIB
20

nianus poëta σημῆς accipit eos qui rem suam & pubblicum
bene gesserunt: ego δο nomine superbos & arrogantes
cipo, & ita accepit Euripides in illo versu ex Hippo-
lyto: Μισέν τὸ σεμίδην, καὶ τὸ μὴ πῦσιν φίλον. & in illo
eadem fabula: Οἱ μοι, τὸ σεμίδην ὡς μὲν πόκτεντες τὸ τοῦ
in illis pulcherrimis versibus ex Alcestide:

Οὐτας δὲ θυτὰς, θυτάς οὐ φεογενέν χεων.
ὡς τοῖς γε σεμίδησι, οὐ σωματρυπανέοντις
ἄποστον Κηφιν, ὁσαγένειοι χειρῶνεις κετῆ,
οἱ Λιός δάκτυλοι δέ οὐτοι, οὐλαζούσαις.

Sequitur: οἱ δέ αὖτε οὐσύχου ποδὸς δύστρεπτος εὐθεῖαι
παρουσια. id est; alij contraria, quod se quieti tradidissent, se
gloriū habiti sunt, & ignauit. Hoc enim significare vult:
solere homines omnia quae ab aliis fiunt, et detinere
rem partem recipere, & vndique captare maledicen-
di occasionem. Illa autem quomodo interpretatu-
tur Latinus ille, si modò interpretari vultuit, nihil au-
net dicere. res ipsa loquitur. ex his, cæcutiā ipse, et
merito alios magis agnitus arbitrari, existimari potest.

*Locus Platonis è Phædro, allata vetere quadam
Atheniensium consuetudine illustratus.*

CAPUT XVIII.

SO CRATEM Phædrus cùm adducere véllet at
idem argumentum tractandum, quo ipse scri-
ptam Lysiae orationem paulo antè recitarat, ita
blandiens apud Platonem inducitur: Καὶ οὐτε οὐδὲ
οἱ ἐννέα ἀρχόντες, οὐτε γένους χειρῶν εἰκόνα λουέργητον
Δελφοῖς αὐτοῦσιν, & μόνον εἴκαντο, οὐλαζούσαις.
quæstum est autem ex me, quænam esset aurea illa statua, quam
Delphis ponere solitos archontas ex eo intelligerent,
& qua de caussa id fieret. Respondi, nouem Athe-
niensium archontas, id est, eponymum, regem, pole-
marchum,

murchum, & sex thesmotheras, cum magistratum in-
tent, publicè iurare solitos, & obseruatos esse leges,
neque passuros fidem suam donis muneribusve cor-
rumpi: si quis ipsorum fecisset, eum multæ no-
mine auream statuam suam pensurum esse. Eius rei
auctor est Iulius Pollux libro Onomastico ad Com-
modum Cæsarem octauo. Cypselidarum autem ana-
thema, de quo non ita multo post ea, quæ posui, verba
apud Platonem mentio est, quodnam fuerit, copiosè
Pausanias in Eliacis docet.

Quod discrimen sit accusationis & maledicitionis, è Demosthene & Cicerone.

CAPUT XIX.

TRADITVM est accuratè & diligenter à M.
Tullio in Cæliana defensione, quid inter accu-
sationem ac maledictionem interesset. olim autem
Demosthenes etiam ista distinxerat: vt quamvis non
plane idem ab utroque dicatur; dubium tamen non
habeam, quin Cicero in ea re tractanda summi Græci
oratoris vestigia sit persecutus. Vtrumque igitur lo-
cum meo more describam, vt comparentur. Demo-
sthenes δὲ σφάις. Καὶ τι ἡ τέτο εἰσόρεις ἀπειλῶν, ἐγώ
καθεῖαν κατηγέας τέτω διαφέρειν ἔχειμ, τῷ δὲ μὲν κατη-
γέαν αἰκίζειν ἔχει, ὃν εὐ τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ πυνθαί.
Τὸν καθεῖαν εἰλασθρίας, ὃς καὶ δὲ αὐτῶν φύσιν τοῖς ἔχεσσι
οἱ εἰδῆσιν συμβάντοι λέγειν. Cicero pro Cælio: Sed
aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen
desiderat: rem vt definit: nomine vt notet: argumento pro-
babit: teste confirmet. maledictio autem nihil habet propositi
propter contumeliam: que, si petulantius iaciatur, (ita enim
legendum est: non, vt vulgo, iactatur.) conuicium: si
factum, urbanitas nominatur.

De pā

ut Muret
ix Lectione
LIII
Et

*De vi veritatis Ciceronis sententia ex Æschine.
Liuij loci quo emendati.*

CAPUT XX.

EMERGERE tandem & existere veritatem, que ullis umquam in machinis ita premi, ut operatur, multi grauesque autores saepe dixerunt: Cicerone inter ceteros, qui cum hanc grauissimam & dignitatis plenissimam sententiam ponere in Cœlius defensione veller, ex Æschine eam propè interpretatus est. O magna, inquit, vi veritatis, qua contra hominem ingenia, calliditatem, soleritiam, contrag, fiduciam infidias facile se per se ipsa defendat. Æschine autem ex τοις ξενογραφίαις. Οὐτως ἵχερόν σέντι, inquit, η αληθεία, οὐσε πάντας διπλεγμάτων τοις θεοποιίαις λογοῖς. Etiam apud Liuium Q. Fabius Maximus idem dicit, in illo pulcherrimo sermone, quem habuit cum L. Paullo aduersus Annibalem proficidente. sed si locus ita depravatus circumfertur, ut intelligi non queat, ita enim legitur: *A veritate laborare nimis non serviant: extingui numquam.* Sed vocem ius, in veteribus libris non legi, admonuerunt etiam alij. Mihi, cum eum locum accurate legerem, incidit suspectio, ut corrigendum esse: *Veritatem laborare nimis sepe, nimis extingui nunquam.* Id igitur in libri mei margine asperam, addita ea nota, qua conjecturas meas distinguere soleo ab iis mutationibus, quas vetustis libris auctoribus facio. Sed cum postea διὰ χειρὸς accidisset mihi, ut eum ipsum locum inspicarem, visum est, librum quoque veterem, quem habeo, consulere; si quid is forte meam conjecturam adiuuaret. Repperi autem plus etiam, quam volueram. etenim ne una quidem littera plus minusve habebat, quam ut ego diuinaram

divinaram. sed ea inspectio iter mihi aperuit ad tollendum ex eo loco mendum alterum. nam quod statim subiicit Fabius: *Gloriam qui spreuerit, veram habebit*: vix verum videtur, ita simpliciter, & sine illa adiectione prolatum. quid enim? *ἀριστόπουλον θεόν*, laudi ne datur, an in vitio ponitur? quām multi gloriam spernunt ignavi & nulli pretij homines! Cūm igitur in meo libro legatur, *Gloriam quam qui spreuerit, veram habebit*: coniicio legendum, *Gloriam vanam qui spreuerit, veram habebit*. sic enim & verior erit sententia, & illa contrariorum relatione ornatior, & melius cohererbit cum eo quod paulo suprà dixerat Fabius: *Resistet autem aduersus famam rumor ēque hominum si satis firmus fuerit: si te neque collega vana gloria, neque tua falsa infamia mouerit.* quām facile verò librarius in eo labi poterit, cūm quiuis facilè videat, *λεπτολογεῖν* non est meum.

Mulieres eruditas plerumque libidinosas esse, duorum poëtarum testimonius Confirmatum. Iuuenalis locus cum quodam Platonis collatus.

CAP. XXI.

VA FERRIMVS poëta, quique omnia suæ tempestatis hominum vitia & nouerat optimè, & insectabatur liberimè, Iuuenalis, in ea satyra, qua mulierum improbitatem detexit, non obscurè significavit, displicere sibi mulieres eruditas, & disertas.

Non habeat, inquit, matrona, tibi que iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes.
Euripides quoque, magnus & ipse mulierum osor, est dictus est à quodam eas odisse in choro, amare in choro, eiusdem sententiae fuit, putauit enim, id quod res est,

Mr. Muret.
in Lectiona.
LIII
25

res est, caras & ingeniosas feminas promptiores acutiores esse ad struendas machinas, quibus deplant viros. itaque apud eum ita Hippolytus loquitur.

Σοφία δὲ μισθ. μὴ γένεται δύοντις

Εἴη φρονεῖσθαι πλεῖστον, οὐ γυναικεῖς. Καὶ τοῦτο

Τὸ γένος παντόρχων μετὰ λόγου ἐντίκτη Κύπριος

Εν δὲ σοφίᾳ ποιητική. id est,

Odi eruditam. ne mee vniuersitatem sit domi,

Quae plus sciat, quam mulierem scire expedit.

Namque eruditis ipsa maiorem Cyprius

Astutiam indit.

& sanè non nimis pudicas esse ingeniosas & eruditas mulieres, fidem facere poterit Sappho. neq. mirum multas enim historias legunt, peccare, ut ait Flaccus docentes. sed in iis quæ suprà retuli lueuenālis veris constat, metaphoram esse à iaculis sumptam, que brevia cùn sint, rotando torqueri solent. eadem autem v̄sus est Plato; cùm Lacedæmoniorum loquendi consuetudinem exponeret, quos ait, initio videri solitos rudes & impéritos; sed postea torquere ac vibrare breue aliquod dictum: ut is qui cum differebant, puer præ ipisis videretur. eius verba sunt: εἰ γένεται πολλοὶ Λακεδαιμονιῶν πόλεις φαῦλοι τάχα συγχρέαται, τὰ μὲν πάντα εἰ τοῖς λοχίοις δύρισται αὐτὸν φαῦλον πνεῦμα φανόμενον. ἔτι δὲ αὐτὸν τύχει τοῦ λεγομένων, ἐνέβαλε ρῆμα ἀξιολόγου κατεσχεμένον, ὥσπερ δενὸς ἀκοντίστης, οὗτος φερετεργάτης τὸν πατέρα λαζαρεύμενον πατέρα μηδὲν εἰλέτος.

Iphicrates multa dicta, quibus elatus & excelsus ipsum animus ostenditur. C. A. P. XXII.

RE RVM bellicarum gloria non ætatis modò sive imperatores vicisse, sed superiorum etiam quemlibet adæquasse Atheniensis Iphicrates dicitur. idemque

Itemne eloquentiae studiis deditus fuisse, & cum sae-
pedixisse in publico, tum ostentationis quoque gratia
domi nonnumquam deciamitasse perhibetur. erat
autem excelsus vir & elato animo, qui que de se inter-
dum magnificentius, quam vulgi aures libenter ferre
possent, praedicaret. Itaque cum orationem de statua
sibi ab Atheniensibus posita aduersus Harmodium
quendam è veteris illius tyrannicidæ posteris haberet,
multa dixit de seipso animosè, & propè arroganter: ut
Dionysius Halicarnassus non alio magis argumento
refelleret eos, qui orationem illam Iphicratæ à Lysia
scriptam esse dicebant, quam quod à Lysia moderatione
nimium longè abesset. In ea hoc dixit, quod
adversarius generis sui nobilitatem extollens, illius
obscuritatem, & ignobilitem exagitauerat, ut quis-
que virtute maximè præstaret, ita nobilissimum esse. nam
ne Harmodium quidem & Aristogitonem nobiles
fuissent prius, quam præclarum aliquid designassent.
Item illud: se maiorem habere cognitionem cum illis, quam
ipsam illum quo cum conteneret: quo sua, quam illius fa-
cia propius ad eorum gloriam accederent. &, Meorum no-
bilitas à me incipiet: tuorum in te desinet. quæ omnia imi-
tatus est, quicumque scripsit declamationem in Sallu-
stium. sed & ex eadem oratione hæc repperi: si qualis
ego sum, tales vobis septem imperatores fuissent, deserta
iam esset & inculta Lacedæmon. Et cum de Harmo-
dio & Aristogitone ageret: Quorum, inquit, ego si
temporibus fuisset, aut assumpisset eos ad societatem pre-
clarum illius operis, aut ipse ab eis ascitus essem. Et, Vos
fortasse Athenienses istam mihi columnam, & istas in ea
inscriptas litteras, præclarum quiddam, & gloriacione di-
gnum a vobis contigisse arbitramini. at mihi columna celum
attingens in Peloponneso virtutis meæ testis constituta est.

Hæc

Muretti
Lectione
LIII
25

Hec postrema quibus verbis Græcè pronunciata fu-
si quis videre cupis, reperies apud Aelianum Aristotelem
et tuus es tuus φίλος οὐχί μετέπειπεν.

Medicū fuisse Herculem, & sanatam ab eo Al-
cestin, quāq; iam deposita esset.

CAPUT XXIII.

SCRIBIT Plutarchus, fortissimum heroum Hoc
culem medicinæ peritum fuisse. itaque quod apud
Euripidem legitur de Alcestide, quam, cùm morten
pro viro suo Admeto obiisset, Hercules cum ipso
Morte luctatus, per vim ei eripuisse, & viuam ad Ade-
metum reduxisse narratur: ita intelligendum esse:
cùm Alcestis ita grauiter ægrotaret, ut deposita iam
& desperata esset, venisse Herculem, & medendi at-
te, qua excellebat, ei valetudinem pristinam reddi-
sse. Admeto autem ea in re gratificari voluit, non
enim minus amabat Admetum Hercules, quam Al-
cestin Admetus.

De immanni crudelitate regis Deiotari.

CAPUT XXXIV.

ATROCI admodum & barbaro ingenio fuisse
oportet regem Deiotarum: si verum est, quod
de eo idem ille quem modò nominaui, Plutarchus
memoriae prodidit. & sane is est auctor Plutarchus,
quem nemo reicere ut parum idoneum possit. At
autem Deiotaro plures fuisse filios, quorum cùm ipse
vni relinquere imperium, atque omne patrimonium
suum cuperet: quo id facilius efficeret, ceteros omnis
manibus suis trucidauit; vinitorum exemplo, qui cùm
vitis aliqua complures emiserit circulos, vnum modò
ex eis relinquere, alios amputare consueuerunt; vt is
qui relinquitur, maior & robustior fiat.

De leg.

De lege quadam Persarum humanitatis plena.

CAPUT XXV.

MULTAE olim apud Persas leges fuisse traduntur: ex quibus facilè intelligi potest, singularem quandam eius gentis sapientiam fuisse. Atque eorum in unam nuper cùm inciderim, quæ neque multis, nisi me fallit avimus, cognita est, & dignissima quæ cognoscatur ab omnibus: iudicauit non ingratum fore iis qui hæc legent, si eam hoc loco proponerem. Erat igitur apud eos ita constitutum, ut cùm quis in iudicio argueretur aliquid fecisse contra leges, etiam si liquidò constaret, eum culpæ affinem esse, non tamen statim condemnaretur; sed priùs inquireretur diligentissime in omnem illius vitam, interpreturque ratio, plurāne turpiter & flagitosè, an bene laudabiliterque gestisset. tum si vincebat turpium numerus, condemnabatur: sin præponderabantur honestis turpiæ, absolvebatur. Cogitabant enim, humanarum virium non esse, rectum cursum perpetuè tenere: habendos pro bonis viris eos, non qui numquam peccarent; sed qui saepius honestè agerent. Hanc ipsam legem ego ab iis quoque, quorum manus hi libri venient, obseruari sum in operè cupio: vt ne statim eos reiiciant ac condemnent, si quid in eis à mè peccatum deprehenderint. nam si, ratione fideliter inita, maior $\delta\mu\epsilon\sigma\varphi\alpha\lambda\mu\epsilon\nu\omega\tau$, & $\delta\mu\epsilon\gamma\alpha\mu\epsilon\nu\omega\tau$, numerus fuerit: tum equidem, quin rejiciantur, & fordeant, non recuso.

M. AN-

Mureti
Lectione
LIB
25